

Sincerum Animi Affectum,

&

Affectus Sinceri Animum,

IPSIS NOMINALIBUS

V I R I

Admodum Reverendi, Clarissimi

nec non Doctissimi

D O M I N I

M. JOANNIS

RECHENBERGII,

Ecclesiastæ Thorun. Neopol. ad Æd. S. S.

TRINIT. Germ-Polon.

vigilantissimi, fidelissimique,

PATRONI ac FAVORIS colendisimi,

Anno 1719 d. 24. Junii multa felicitate
redeuntibus,

Calamo quidem prompto,

sed


Genio minus compto,

Ea, qua decet, Pietate Carmine qualicumque Lyrico contestari,
publicæque luci exponere

debit, vbluit

HENRICUS REICHELIIUS,

Cliens deditissimus.



T H O R V N I I

Impressit Ioh. Nicolai NOBIL. SENAT. & GYMN. Typographus.



Gnoscas, rogo TE, VIR REVERENDE mi,
 Optatisque locum da facilem meis :
 Attenta capias aure preces, velim,
 Nec, quæ defero, respue.
 Hac dum nempe Sacro sacra negotia,
 Quæ tractanda TIBI forsitan impigre,
 Interrumpo Die sat rudibus metris,
 Ac dulcedine egentibus.

Maronis quoniam scilicet è Schola
 Aut Flacci, fidicen qui celebris lyrae
 Romanae fuerat tempore Caesaris,
 Non sum, Naso nec inclytus.

Addo: Pegaseum quod minime imbibit
 Fontem, ceu reliqui pectore largius;
 Hausi nec sapidum Nectar Apollinis
 Pleno gutture Cynthii.

Hinc à me procul & sesquipedalia,
 Quæ multos recreant, verba superba sunt,
 Illorumque loco sapius obvia
 Quæ saltim Bavium notant.

Ast extra virides cur oleas vagor?
 Mentem (sed brevibus,) nunc magis expedit,
 (Errare à posito ne videar scopo,)
 Vota accingere & ad preces.

Hem! terris hodie se Sacra reddidit
 Lux optata diu: Præsede qua PATRIS
 VERBO, sidera quod torquet & æthera
 Divina Omnipotentia,

De rebus (dubitet nemo,) sat arduis,
 Regno nempe poli Concilium Sacrum
 Æterno est habitum: pectora qua pia
 Aura Flaminis occupat.

Postquam facta DEI munere foeta anus
 Partum pollicitum nixibus edidit
 Mirandis nimium: quem? DOMINI Sacrum
 JOHANNEM Prodrumum sui.

Pacis qui celebris Nuncius atreæ
Interpresque DEI, Gentibus impiis
Veram voce sua qui patulam viam
NATUM & proderet Vnicum,

Ob quæ cuncta dehinc enthea carmine
Horum mens satagit reddere mox sacras
Laudes, quas poterat pectore NUMINI
TRINO protinus intimo,

O per-grata Dies! o per-amabilis
Lux exorta! piis insolita hinc parans
Et sperata diu gaudia cordibus
Ac ad júbila provocans,

Salve (vota sonant sic mea,) centies!
Salve (vota volunt sic mea,) millies!
Salve, ferque jocos qui resonent modo
Sacris undique plausibus,

Quæis motus pariter lætitiã suã
MÆCENAS meus hic prodere maximã
Possit, quæis & iis jungere IO! queat,
Certatim & sua gaudia,

Sed quid TE, PIE VIR, CANDIDE PRESBYTER,
Ad laudes & ad hæc excito júbila?
Vel citra monitum noveris Ipsemet
SVMMO dicere gratias,

Hanc quod TE modo non rursus amabilem
Adspexisse Diem fecerit, sed quoque,
Quod vestigia nunc munere credito
JOANNIS potis insequi,

Quæ laudis stimulus veraque Gloria
In TE, qui fueras à teneris DEO
Dicatus pia per vota, benignius
Accendit magis indies,

Non sic flamma virens arsit in intimis
Montis Siciliæ faucibus ignei;
Ceus semper studium nobile flammulis
Ussit cor calidis Tuum,

Dum pallere sacro semper in otio,
TE porroque caput tollere per sacras
Artes usque juvat: dum sacra Biblia
Veræ deliciæ Tuæ,

Hermus cedere quæis cogitur aurifer,
Et Ganges nitidis undique gemmulis
Resplendens, quoniam hos innumeris quoque
Splendore exsuperant modis,

Hinc

Hinc TE multus honor jam tenet, & manet
Clarum NOMEN adhuc maxima Gloria :
Hinc Virtus celebrem scilicet incluta

Invasit Titulum Tua ;

Terras hasce Soli Prussiaci modo
Quò replere magis, quò vel ad ardua
Cursu sollicito per tenues studet

Auras tendere sidera.

Ergo, maeste, Virùm dotibus Ingeni ,
VIR PRÆCLARE, Tui, præmia stant TIBI
In regnis Superùm parata parataque

Omni sine carentia.

Astris interea vive, precor , bonis !

Felix vive diu cœtui huic sacro !

JOHANNISque Pii prospera læpius.


Currant Festa retro TIBI.

Posthac emeritam, cum miseræ satur

TV vitæ fueris hic, animam DEUS

Æternum rutili Sedibus in piis

Ac lætis recreet poli.



MAGISTER JOANNES RECHENBERGIUS.

per anagr. elis. g.

En: regis in verbo me sana, CHRISTE.

FAlsi sancta DEI renuerunt verba Prophetæ.
Cur? quia progenies Dæmonis illa fuit.

Nec sese monitis gravibus dictisve paternis

Vnquam sunt passi, codice teste, regi.

Hinc minime mirum est, animarum quod neque lepra

Sanati: illorum propria culpa fuit.

Ab! pie TE JESU rogo supplex poplite flexo,

Peccati lepram pelle repelle procul.

En: regis in verbo me sana, CHRISTE, potente.

Haut refragabor, sim modo sanus ego.



Gedruckt